

100. *Antiphon* *Quia dicitur* *in* *scriptura* *et* *prophetat* *in* *scriptura*
et *scriptura* *hunc* *tempore* *hunc* *et* *scriptura* *nos* *hunc* *tempore*
scriptura *hunc* *tempore* *hunc* *et* *scriptura* *nos* *hunc* *tempore* *hunc*
scriptura *hunc* *tempore* *hunc* *et* *scriptura* *nos* *hunc* *tempore* *hunc*

and wood which may be
obtained, and other materials
such as wire, wire mesh, and
plaster of paris, which may be
used to bind the wood together.

IMPOSTVRÆ BANDELLIANÆ

27
255

HOC EST

Detectio fraudum et mendaciorum quibus Vincentius
Bandellus in binis suis libris de Beata Virginis Mariae
Conceptione vsus est.

- 72 -

Quod Israëlitis quondam fuerunt duo vituli Jeroboam, hoc ipsum Dominicanis sunt
duo de B. Virginis Conceptione libri, quos Generalis ordinis eorum Magister Vincen-
tius Bandellus edidit. Sicut enim uitulorum illorum opera contigit, ut populus in Je-
rusalem adscendere, ibi sacra Deo facere prætermitteret, haud dissimiliter libri suis
Bandellus perfecit, ne illi quibus persuaserat, Sedis Apostolice de Immaculata Vir-
ginis Conceptione sententiam in officio Conceptionis eiusdem satis stabilitam amplete-
rentur, aut cum reliqua Ecclesia vniuersa Conceptionem potius Virginis quam Sancti-
ficationem diei festi solemnitate prosequi vellent. Hoc tamen libri Bandelliani Jero-
boami vitulis intersunt, quod omnes consecuti reges Israëlitici in vijs Jeroboam am-
bularunt, populus etiam vniuersus vitulos eius adorauit, nisi quod pauci quidam
dederunt cor suum ut quærerent Dominum Deum Israël. et uenerunt in Jerusalem
ad immolandum victimas suas coram Deo patrum suorum, ut 2. Paral. 11. legimus:
quod contra pauci eorum, quos in Ordinis Magisterio successores Bandellus habuit,
libros eius Sixti IV. lege, Tridentini Concilij decreto innovata, damnatos ac reprobatos
probare ausi sunt, Ordo vero quasi totus toto superiore Sæculo misso Sanctificatio-
nis vocabulo cum Ecclesia Conceptionis nomine in sacris faciendis vsus est, op-
timus etiam quisq; et doctissimus ordinis cum in Ecclesijs ad populos verba facien-
tes, tum in scholis Theologumena præcipientes, tum deniq; libros suos dias in lec-
minis oras emittentes Ecclesiae de Virginei Conceptus puritate doctrinam pro-
barunt, et populis commendarunt et aduersus Bandelli vnsaniam tutati sunt.
quod quam vere à me dicatur, ex Apologia nostra pro Prædicatorum ordine cog-
nosci potest. Naperdemum quod quidam ex eodem ordine metuerent, ne si Pon-
tifice controversiam tam diuturnam sententiæ pronuntiatione dijudicasset, ipsi à
Franciscanis et Jesuitis vieti viderentur, itaq; causa cadere, et inferiores discedere,
assuescerent, propterea librorum Bandelli compendium Pauli V. Pontifici exhibere
ausi sunt, ut ei scilicet, omnes Sanctos Patres Immaculatae Conceptioni B. Virginis
aduersatos fuise, persuaderent, quemadmodum etiam in libello qui a.d. 10.
Aprilis anni 1622. totius Ordinis nomine Sancti Officii Cardinalibus fuit

ANNALE SAVIO

exhibitū, prorsus ex Bandelli sensu maxima cum confidentia assuerari omnes Santos Patres huc cōlitus infusa B. Virginem in peccato conceptam esse. Sed etiam Cardinalis Caritanus in Lateranensi, et quidam ex Bonis Episcopus in Tridentino Concilio quindecim Patres tanguam Virginei tūtus Sanctitati refragantes citauerant, quod scilicet ambularent in uīs Iesu et simpliciter Bandello suo crederent, nihil ab eo fraudis in libris suis, ea Patrum verba ipsi excriperant, admīssum enī suspicantes. Pleriq; omnī deniq; etiam ex illorum numero, qui alioqui cum Ecclesia B. Virginem ab analis peccati labe præseruatam credunt ac docent, isto Bandelliano Sanctorum Patrum Catalogo fucus factus ergo ita est sublitum, ut prorsus ne dubitare quid eis in mentem veniat, quin SS. Patres B. Virginem in peccato conceptam m̄ consensu tradiderint.

At enim si resita se haberet, aut Sedis Apostolice, aut Sanctorum Patrum auctoritatem affligi penumq; dari et utruis modo Ecclesiam exarmari intectumq; eius Hæreticis patere necesse foret. Cum enim Sedes Apostolica non modo Convenem B. Virginis velut rem non dubia Sanctitatis anniversaria diei festi celebitate colat, sed etiam in Officio seu Rituali Conceptionis, quod ipsa concidit, dicitur affirmet, B. Virginem ab omni labe præseruatam, ac sine manuā coniugium suum, idq; allatis pluribus Sacrae Scripturæ et Sanctorum Patrum auctoritatibus corroboret, hoc amplius autem Ordinem Monialium ipsa sui denominatione et habitus colore Immaculatam Virginis Conceptionem profitentium velut Gratium et acceptum auctoritate suas comprobet, præterea vero Sanctificationis vocabulum in Sacris faciendis anathematis communicatione interdicat, tum etiam aduersus B. Virginis in conceptu sui puritatem seu plūc, seu priuatim verba fieri proposita æternæ maledictionis pœna veteres omnes deniq; fideles ad celebrandam laudibusq; et hymnis prosequendam immaculatam B. Virginis Conceptionem pronunciata Sacrarum Indulgenciarum liberalitate cohortetur: ista ergo omnia cum Sedes Apostolica fecit, faciatq; cuiuslibet nullo modo potest, quin omnes illi, qui Santos Patres aliter docuisse persuasum habent, aut Ecclesiam sive Sedem Apostolicam in cultu diuino grauiissime falli ac fallere, nec à Spiritu Sancto dirigi, id, quod omnes Sancti Patres verum esse consentiunt, falsum enī pote credant. Quorum alterutrum cum confiteri necesse habeant quotquot

Bandello

Bandello de Sanctis Patribus credunt (nec enim quicquam datur tertium, aut Ecclesia erravit, aut Patres, cum eadem de re ei aiant, neget illa) Cardinalis Caietanus et Generalis Prædicatorum Ordinis Magister cum suis Theologis circiter annum 1530. Ecclesia, quam Patrum autoritatem in discrimen adduci satius duxerunt, velut in eo libro videre est, quem grauissimus eiusdem Ordinis Theologus Ambrosius Caietanus Politus de Conceptionis controvèrsia anno 1532. Ienit edidit. Eius enim libri pag. 2. ad Ec Catharini argumentum. Ecclesia et si non verbo facto tamen saltem determinauit, quod Conceptionio sine peccato celebrari possit, cum de illa non possit dici, quod rem peccati celebrandam tanta solemnitate, etiam cum Indulgentiarum honore assumptjerit, maxime quod eos excommunicet, qui Conceptionem celebrantes peccati accusant: ad Ec ergo argumentum iussu Generalis Magistri approbante Caietano sic respondeatur: Respondeo, quod Ecclesia in his potest errare.

Vnde si quis diceret, quod in hoc de facto Ecclesia erraret, non propterea Hæreticus, aut Schismaticus ait de fide suspectus censeri posset. Quod autem Ec verum sit, ita manifestum fatio. Ecclesia recipit Præsentationem Virginis Cognamus ita esse, si forte non ita esset: attamen credo ita esse) similiter Ecclesia recipit multa officia et uitas Sanctorum, et ita alicui Sancto applicauit Missam aut officium quodpiam particolare. Si quis ergo reputaret illam Præsentationem Virginis, quam Ecclesia recipit, esse unam truffam et rem apocrypam: atq; ita non crederet vera, ea Officia et Vitas Sanctorum, immo neq; crederet eos esse Santos, essetne propterea Hæreticus aut Schismaticus? quis debitat quod non? Non duo quod Ecclesia erret in talibus receptionibus quovis modo, sed duo cum S. Româ, et multis alijs Doctoribus, quod non est saltem suspectus de Hæresi, qui diceret, quod Ecclesia in similibus potest errare rimo etiam quod erret. Allegare igitur receptionem Ecclesie, non concludit necessario, quod res recepta non sit error, cum Ecclesia in similibus ponit errare. Similiter adducere Excommunicationes Papo seu Ecclesia non concludit, quia Ecclesia in ferendis huiusmodi sententijs potest errare absq; dubio, quamquam pie credi debeat quod non erret.

Hem impietatis scopulum, in quem habita simpliciter Bandello fides Caietanum aliosq; eiusdem temporis et ordinis Theologos impedit, ut Ecclesia truffas siue fraudes, imposturas, et commentrias Sanctorum vitas in diuinu cultu

125

recipere et celebrare, et illos, qui Sancti non sunt, pro Sanctis colere et
nisi inserere, eisq; Misa Sacrificium applicare posse sine ulla Hæresi
impietatis nota dicatur. quo quidem non video quid Lutheri et Calvini ase
optatus affirmari potuerit. Hætræ vero aetatis Dominicani in libello quem
us Ordinis nomine Inquisitoribus Generalibus oblatum prædixi, etri eti
sibi à Bandello imponi patiuntur, ne ad illud Cajetani exemplum
sia autoritatem minuerent, eamq; in cultu diuino falli ac fallere posse
reticis concederent, perspicue affirmarunt, ab Ecclesia in Conceptionis festo
veram, certam et indubitatam celebrari, eiusq; sue sententia hanc parti
rationem reddiderunt, quoniam Ecclesia sit columna et firmamentum
ritatis, et nequeat decipi, rimo nec exponi periculo errandi. Atq; in hoc id
laudem merentur, quod Bandellum suum deserunt, et Dico Thomam
adherescere. Bandellus enim in ea est opinione, Pontificem et generale
cilium in determinationibus suis à Scripturis abire posse, adeoq; dicto
aliquius Doctoris in Scriptura se fundantis Pontificis et Concilij determina
oni preferendum esse, quod ipsum Lutherus et Calvinus contendunt. Se
D. Thomas Ecclesie consuetudinem in nullo veritati repugnare adeoq;
omnibus æmulandam et dicto cuiuscunq; Sancti Doctoris preferendam
nece aduersus Pontificis autoritatem Augustinum, Hieronymum, aut que
cumq; Sacrum Doctorem sua dicta defendere, constanter docuit, velut verb
eius, quæ in Apologia pro Prædicatorum Ordine recitauimus, planum fa
sicut autem eos laudo, quod cum D. Thoma auctoritatem Ecclesie sartam
tam præstare conantur, ita non ponum quin ex altera parte prudentiam
et constantiam in tuenda Sanctorum Patrum auctoritate desiderem. Came
modo quidem incolorem conseruari magnopere Ecclesia interene pugnat
Si enim Patrum (inquiunt) auctoritas respectui haberetur, etiam vili per
retur Ecclesia Catholica, qua testimonij ex SS. Patribus præsertim de
ad dogmata fidei definienda et ad oppugnandos Eæreticos utitur, eneruata
Patrum auctoritate, singulari præsidio, quo ad Eæc omnia peragenda
citur, non sine magna ipsius ruina priuaretur atq; carceret. Catholici vero
cipuis armis, eisdemq; fortissimis, quæ ad extirpandas Eæreses, et conuin
dos Hæreticos usurpare solent, essent penitus destituti. Verum Hæretici
Novatoribus nostri temporis id esset quam gratissimum, et iucundissimum
aduersus

aduersus SS. Patres eis cederet triumplum, nam cum ipsi agere semper tulerint tantum à Sede Apostolica et à Sacris Concilij Econorem SS. Patrum doctrinæ suis se delatum, mirum in modum exultarent, laetarentur et triumpharent, si doctrinam ipsorum stabilita immaculata Virginis Conceptione obscurari contemni, et silenti perpetui tenebris inuolui consicerent. Si illi: Modo autem id quod omnes Sancti Patres expressis et clarissimis verbis docuerunt, incertum esse ad dubium, et falsum esse posse dicitant. De Affirmante enim sententia, id est, qua B. Virginem in peccato conceptam affirmat, Eae eorum verba sunt: Sancti Patres expressis verbis affirmatiua plures in suis operibus tradiderunt.

Et Eae: SS. Patrum clarissima verba, quibus eam sententiam profitentur. Tum ista: Affirmatiua perpetuis temporibus in domo Ecclesie Sanctis Patribus luce calitus infusa applaudentibus et comprobantibus enutrita et exaltata est. Hæc deniqz. Nesciunt se eis opprobrijs Sanctos Patres qui ita OMNES senserunt, afficere. Nam quod merito obstupescas, Eoc etiam promptum habere ausi sunt. Vtraqz sententia (Eoc est affirmatiua eque ac negatiua) est probabilis, atqz adeo incerta et indubia, et potest esse falsa. Quo teneam vobis mutantem Proteam modo? quid tandem credere me vultis magni SS. Patrum patroni, et insigne mestis præsidium reis? Affirmatiua dicio, omnes SS. Patres expressis et clarissimis verbis plures docuerunt, idqz perpetuis temporibus. Et hanc tamen incertam esse ad dubiam, et falsam esse posse ultra fatemini. Et vero Ecclesia eam pluribus et grauissimis præiudicj iam damnavit, in primisque cum eius antiqaz se contradictioniam tanguam indubitanter veram amplepact, ad eamdem amplexandam ac profitendam fideles omnes præmiorum ostentatione allicit. Etsi enim vos in libello vestro contenditis, Sanctificationem indiscriminatim ac Vixi ab Ecclesia festo celebrari non autem Conceptionem, adeqz certum non esse præseruantemne al liberantem Sanctificationem Ecclesia celebret, tamen ex iussu Ecclesia verbis in Conceptionis officio positis Præseruationem à peccato ab ea credi et celebrari constat, et ipsa uobis Ecclesia Eoc effugium præclusit, adempta uobis vocabuli Sanctificationis utendi facultate, et contra ea necessitate Conceptionis celebrando imposita. Itaqz falsam esse affirmatiua Ecclesia iudicat, et vos eam falsam esse posse confitemini.

1.2.5

quid iam ergo Sanctis Patribus sit si verum sit, quod vos gloriabimini eos
nes perpetuis temporibus affirmatiuam verbis exprimis et clarissimi
causse? Tandemne intelligitis ex eo quod vobis Bandellus persuasit,
cessario aut Ecclesiae, aut SS. Patrum autoritatem in perpetuum corru-
Atq; hoc ipsum est, quod me impulit, ut fraudes Bandelli et impost
detergem, et eadem opera Dominicanos, quos ille ad eum circumuenit, erro
SS. Patres erroris opinione, Ecclesiam deniq; et Sedem Apostolicam maxim
infamia corruptaque religionis criminis liberarem. qua in re tanto minu
ei laborandum esse intelligo, quod multi praestantissimi Theologi, quorum
bras partim typis, partim manu descriptos vidi ac legi, facile miseri persuaser
quod et ab his tali opera adiutus similiter nunc persuasum eo, ante exortos
lasticos, quos Magistrorum et Doctorum non Sanctorum Patrum app
tie solemus insignire NVI.VM prorsus, Nullum, inquam, Sanctor
Patrum fuisse, qui B. Virginem, eo modo, quo hodie intelligimus, in pec
originali conceptam diceret, ut scilicet anima Virginis eo momento quo
batur et corpori eius infundebatur, hereditarij peccati labe adspensa, sed pri
mo instanti seu temporis momento a Deo mundata sive sanctificata fuisse.
Hoc ergo contendō nulli inquam SS. Patrum in mentem venisse, et Ba
ndellum, qui OMNES ita sensisse et docuisse predicat, turpisime sive
tem ac volentem mentiri, adeoq; merito libros eius Sixti IV. et Concilij Tri
tini decreto reprobatos ac damnatos fuisse: cui consequens et apertissimum ei
dem decreti verbis consentaneum est, ut omnes illi, qui libros illos pro veri
legere aut tenere non dubitant, piaculares sint et Excommunicati, ac n
ab ipso Pontifice eo vinculo absoluantur, tales ad extremum usq; ira
neant, nec sine grandi impietate et Sacilegio Sacra facere, aut ullum
nus diuini cultus in Ecclesia obire possint.

Quod autem ad Patram autoritates a Bandello allatas attinet, eas
alias a Theologis, quorum libros legi me dixi, ei negari, alias vero sine
causa damno ait preiudicio concedi video. Negatarum causam affe
quoniam partim in ipsis Latribus, partim in eorum verbis factum ab eo lec
tibus factum compererint. Tunc in Latribus ipsis tripliciter ab eo factum
tant. Nam vel citat eos Patres, qui nulli fuerunt, aut nullum eiusmod
librum, quem ille citat, scriptum reliquerunt; vel mutat et transformat
eos

cos in id, quod non faciunt, id est, ex obscuris facit claros, et ex hereticis
Catholicos et Sanctos; vel denique geminat eos, et ex uno eodemque Patre duos
facit, ut numero testimoniis plus sibi autoritatis conficiat.

Exempla fraudis et imposturæ in Patribus.

Citat Bandellus S. Gerardum Episcopum et Martyrem in quoddam Sermonem
de Nativitate Mariae. Sed neque de vita, neque de Episcopatu, neque de Mar-
tyrio, neque de Sermone eius quicquam inuenitur.

Citat S. Petrum Chrysologum, in cuius tamen libris verba, quæ citat nus-
quam comparent.

Citat S. Chrysostomum super Mattheum. Sed apud illum verba eius
modi non existant.

Citat B. Maximum Episcopum in Sermone de Assumptione B. Vir-
ginis. sed ille tamē sermonem numquam scripsit, et festum Assumptionis
multo post tempora eius celebrari coepit.

Citat B. Andream Cretensem, Episcopum Hierosolymitanum in
quoddam Sermonem Nativitatis B. Virginis. Sed talia eius verba nusquam
leguntur.

Citat B. Anselmum ex libro Meditationum. Sed verba quæ illi tri-
buit sunt manifeste impia et heretica, et nusquam comparent.

Citat Odonem Abbatem ex quadam Homilia, quam nemo nec scrip-
ta, nec ficta, nec putata ad hunc vidit.

Citat S. Bernardum Morosena Eusebium Episcopum et Martyrem
de cuius tamen nec vita, nec martyrio, nec Episcopatu cuiquam constat.

Citat B. Aleuini loca, quæ nusquam inueniuntur.

Citat S. Antonij de Padua Sermones de Nativitate B. Virginis.

Citat B. Luæ Minoritæ eiusdem argumenti Sermones.

Citat Sermones Honorij III. Papa, sed qui tales trium Sermones vide-
re velit, in Thomæ Mori Utopiam migrare necesse habuerit

Citat B. Remigium Arciepiscopum Remensem super Psalmos, cum
sit Remigius quidam obscurus, Monachus, Benedictinus.

Citat S. Eusebium Emesenum Episcopum, doctorem elegantis ingenij.

At ille nec Catholicus, nec Sanctus fuit, sed deterrimus Arianus, et Arianorum
Princeps. Et hoc Bandelli exemplo ab Eusebium Cesariensem, qui et ipse

peccatum Arianus fuit, Martyrologio Ord. Prædicat. velut Sanctum inserunt. In eo enim fol. 32. editionis Veneta sic legitur: Die 21. Junij Cœtu Cesarea Palestinae Sancti Euseby Episcopi et Confessoris, viri excellentissimi genij et historiographi. Jam nemini est dubium, Sanctos à Dominicanis in Martyrologio ponni, non ut orent pro illis, sed ut adoren et inuocent. Adorando ergo siue inuocando Ariano, inuocant Diabolum, si verum hoc S. Chrysostomi argumentum: Arianus est. Ergo Diabolus est. Ergo Dominicanis à me admoniti Martyrologium suum corrigant, et Diaboli istius nomen expungant, non habebunt cur iniuriam sibi factam gravantur si quis dicat, eiusdem esse Diabolum inuocare et Conceptionis Virginis puritati intercedere.

Citat Innocentium Episcopum, qui floruerit temporibus Arcadij et aliorum. Innocentium, qui vixerit tempore S. Augustini, cum sit unus. et idem Iustinus Papa primus.

Citat B. Innocentium Papam II. et versus Innocentium III. cum videntur unius Innocentij tertij.

Citat B. Armacanum Episcopum Hibernia et Magistrum Richardum de Hibernia tamquam duos, cum tamen sit unus ille Magister Richardus Episcopus Armacanus in Hibernia.

Fucus à Bandello factus in Patrum verbis.

Trifliciter in verbis Patrum lectoribus suis factum Bandellus facit. Nam aut mit verba, quæ illi scripserunt, aut de suo inserit verba, quæ illi non scripserunt, aut altera recitat quam quomodo illi scripserunt. Exemplum gratia:

Citat Euseby Emisseni locum hoc modo: A peccati originalis nexu nullus immunis extitit, nec etiam ipsa genitrix redemptoris. Sed ille sic scribat:

A peccati Originalis. nexu per se non est immunis nec ipsa genitrix redemptoris. Fraudulenter minirum omittit voces Per se. Omnes em

fatemur B. Virginem, non perse aut ex natura sua, sed per Christi gratiam et meritum Originali peccato caruisse, verumq; esse illud Exod. 34

Domine Deus misericors, qui auferis iniquitatem et peccata, nullusq; te perse innocens est.

Citat Ambrosij locum Eo modo: Venit Jesus et in carne quo
penit

293

peccato in matre fuerat obnoxia, militiam virtutis exercuit. Sed ea voce
In matre, per dolorem sunt inculcatæ, suæ insertæ, neq; locum ibi habere
possunt, cum Ambrosius non de Maria, sed de Virginibus Monialibus lo-
quatur Sermone 6. in Psal. 118.

Citat Illefonii locum hoc modo: Nullis postquam nata est B. Virgo
delictis subiacuit, nec originale peccatum iam in utero sanctificata na-
cendo contraxit, id est, secum traxit. Sed duo vocabula jam, et Nas-
cendo, et postrema quatuor per fraudem sunt adiecta quibus demptis
tensus S. Illefonii satis clarus est. B. Virginem sic in utero fuisse sancti-
ficatam, ut nec originale peccatum contraferet, nec cum peccato ex utero
exiret.

Citat hæc Sedulij verba. At quoniam nata prior vitiata iacebat
subditione necis, Christo nascente renata. Sed locum mutata et de-
prauat, ut alijs persuadeat. Sedulium de B. Virgine loqui, cum loqua-
tur de natura humana. Ait enim:

Ut quoniam natura prior vitiata iacebat

Subditione necis, Christo nascente renasci

Posset homo et veteris maculam deponere carnis.

Citat S. Vincentium Ferrerium. Eo modo: Maria fuit in originali
peccato concepta, sed eadem die et hora statim post animationem fuit per
sanctificationem à peccato contracto mundata. Sed in eo multipli-
cis fraudis se et imposturae allegat. Nam Vincentius perspicuè affir-
mat, Mariam non sicut alios homines in peccatis fuisse conceptam,
quia coniunctio parentum eius fuerit luminosa et sine culpa tenebris Vir-
ginis generatio, et sanctificationem ei contigisse, quando anima eius
per creationem corpori membris omnibus humanis iam distincto sive or-
ganizato coniungebatur. Videatur sermo eius de conceptione Virginis
in tertia parte. Serm. fol. 7. col. 1. et Serm. 2. de Nativitate Virginis fol.
115. col. 1. et fol. 112. col. 2.

Citat B. Albertum Magnum. Eo modo. Dicimus B. Virginem con-
traxisse originale peccatum, nec fuisse sanctificatam ante conceptionem,
nec in conceptione, sed post conceptionem. Dicere autem oppositum est
condemnata à Bernardo et ab omnibus Magistris Parisiis. Ait enim

longe aliter Albertus scripsit; sic videlicet: Dicimus quod B. Virgo
fuit sanctificata ante animationem. Et qui dicunt opositum, est ea
condemnata a Bernardo in epistola ad Lugdunenses, et a Magistri
nibus Parisiis. Quis igitur tam impudenter mendaci et falsario qu
fidei habere velit?

Auctoritates Patrum quas Bandello Theologi sine causa præiudicio concedunt.

Quæ Latrum loca Bandellus sine fraude ac dolo citat et sententia de
culata B. Virginis Conceptione opponit, ea facile illi aduersa part
logi concedunt, quod ea non nisi per fædissimam Elenchi ignoration
negatiua sententia opponi iudicent, ob neglectas sive quatuor illas
contradictionis leges, vel pueris notas, hoc est, quia Negatiua sententi
verba Patrum, quæ contra eam Bandellus afferit, non ad idem ne
secundum idem, nec similiter aut eodem modo, nec de eiusdem
pore loquuntur. Hac porro de re exploratus iudicare poterit, qui au
tor, quas subyiciam, regulas, animum volet aduertere.

Prima Regula.

Patres, quemadmodum et Sacra Literæ, universalitate Legi seu Politica
Logia loquuntur, cum omnes Adami posteros ex viri ac feminæ congi
conceptos peccatum contraxisse dicunt. Non ergo Negatiua de Virginis
natali peccato sententia contradicunt. Loguntur enim secundum legem
Negatiua vero secundum Privilegium. Omnes homines in peccato con
vere dicuntur secundum legem et ordinarium naturæ cursum. Ille
vero sine peccato concepta vere dicitur secundum privilegium et extra
niam Dei gratiam, quoniam sive Deus legislator futuram mat
suam lege illa in omnem Adami posteritatem lata comprehendere
dignum sive indecens duxit. Simili certe generalitate omnes homines
cum peccato nati et adultos peccata saltu vernalia committere, so
luta et Sancti Patres pronunciant. Ne tamen ei contradicit, qui
Virginem, et Joannem Baptistam sine peccato natos fuisse, et adultos
cum peccatum fecisse affirmat, quoniam illud secundum legem vere

est, Eoc secundum gratiam sui priuilegii. Eandem porro rationem esse sententiae, qua B. Virginem in peccato conceptam negat, ut scilicet Scriptura ac Patrum verbis omnes homines in peccato concipi affirmantibus nequaquam contradicit, Eoc nos Ecclesia Romana, tum Concilium Tridentinum docet. Ecclesia enim in officio Conceptionis veram esse agnoscit Scriptura sententiam omnes homines sub peccato concludentem, simul tamen sub ea B. Virginem comprehendendi negat, exemplo legis illius regiae Esther 4. et 15. qua sanctificatur, ut quisquis seu vir, seu mulier interior regis Absueri atrium non vocatus intrasset, absq; villa cunatione statim interficeretur, quæ lex reginam Esther excipi minime impediens. Itaq; cum illa non vocata ad Regem intrasset, ab ipso rege audiit. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hoc legem constituta est, suæ, ut est in Græco: Non morieris, quoniam commune præceptum nostrum est. Similiter Ecclesia in illo Conceptionis officio nos docet, sententiam Scripturæ ac Patrum esse commune præceptum seu legem pro omnibus, non tamen pro Virgine Maria constitutam. Et Tridentina synodus testatur, suæ intentionis non esse sub illa Scripturæ regula B. Virginem comprehendere, sed contra se Sixti IV. Constitutiones, adeoq; et illam B. Virginis exceptionem in officio Conceptionis traditam, innouare: cuius consequens est, ut Ecclesia Romana et Concilij iudicio nulla sit inter Negatiuam sententiam et Patres à Bandello citatos contradictionis.

Secunda Regula.

Patres de Natura, non de Gratia, loquuntur, cum quoniam à regula præter Christum excipi negant. Solus scilicet Christus ab omni Originali peccato in conceptu immunis fuit per Naturam, quoniam non fuit ex viri semine conceptus, et quoniam caro eius cum diuinitate fuit personaliter unita; Huic sententiae nequaquam aduersatur qui B. Virginem sine peccato conceptam statuit, cum id non natura, sed Dei gratia propter præuisam Christi passionem contigisse credat. Similiter enim de Christo Scriptura et Patres affirmant, Solus peccatum non fecit: nec tamen Ecclesia eis contradicit, cum B. Virginem nullum unquam peccatum fecisse decernit, quoniam ibi de natura, Ei de gratia sermo est.

Tertia Regula.

Cum Patres B. Virginem in Conceptione ab omni sorte peccati mundatam, Satisfactionem aut redemptam dicunt, partim de Activa conceptione, id est, de corpore illo loquuntur, quo Virgo Christum in utero concepit, non quo ipsa contra fuit, partim de concupiscentia omnig carnali cogitatione et delectatione quæ Fomes dici solet, et peccati originalis effectum, actualium vero causa adeoꝝ per Figuram peccatum dicitur, partim deniqꝝ de mundatione autione non liberante, sed preservante, quod Spiritus Sanctus Virginem trans eam gratia sua præmunierit, ne in Verbi conceptu illa concupiscentia Carnalis oblationis sensu afficeretur. Itaque multiplicem elenchi igationem in Bandello deprehendet, qui uerba illa Patrum cum sententia gatua contulerit.

Quarta Regula.

Cum Patres B. Virginis Conceptionem sine peccato fuisse negant, partim a carnali conceptione seu Seminatione animæ creationem antegressa loquuntur, partim de peccato parentum eius siue libidine, partim de necessitate peccati postea in animæ creatione, et cum corpore copulatione contrahendi, quod scilicet e tempore quo semen parentum Virginis commiscebatur, concupiscentia non absuerit, adeoꝝ ipsa Virgo cum debito peccati postea in animæ et Corporis coniunctione contrahendi fuerit concepta. Si quid Originalis peccati in propagatione matris Dei existit, illud certè propagantium, non propagata fuit, ait S. Anselmus.



295

Tertia Regula

Contra omnes virginum et concubitorum omnes peccati mundatum
ab aliis aut regenerationi absunt, prout in de Anteconcupis, id est, di-
poneat inuenit quod Hugo christianissimus tractat, non aquiesca in
re facta, post in de concupiscentia omnis virginali agitatione et delecta-
tione. Tunc dicitur, ut peccati originalis officum, animalium vero iau-
picio, per figuram peccatum illud, contra datus, de mundatum ad
affectionem non habent, sed pertinente, quando sacerdos sanctis Virginis
matri cum gratia sua pronuntiat in invenientiis illa concupis-
centiae carnalis elevatione conseruante figura crucifixam cuncti
ad eum in obsequio deflentes, ut recta illa latronum cum dextera
peccata remittant.

Quarta Regula

Contra omnes virginis concupiscentiam unde peccata fuisse negant, post in-
venienti carnem seu somnativa virginea creationem ante peccata
negant, peccatum de peccato parentum cuius suis libidinis, postim de nascitur
cum postea in anima creatione, et cum corpore copulatione continetur
quod velut extempore quo solum parentum Virginis communicebatur
cognoscere non obfluit, ideoque ipsa hinc cum debito peccati postea in
matri ex cogitis concupiscentia, contrafendit suam concupiscentiam. Si quid originalis
peccati in progenie, matru Ceti existet, illud certe propagantum pro-
pagata fuit, ut St. Anselmus.



